



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt a solis episcopis baptizati sint, consignandi. Ixix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Vt episcopis in campo, si necesse sit, liceat confirmare, melius est autem in Ecclesia, aut in atrio Ecclesie. Cap. LXVIII.

Ex cōcil. Remensi, cap. 10.

Episcono liceat in campo, si necesse sit, confirmare.

Vt à solis episcopis baptizati sint consignandi. Caput LXIX.

Ex decr. Innocēti pap. Decētio episc. missis. cap. 3.

DE consignandis verò infantibus manifestum est, ab alio quàm ab episcopo fieri licere, nam presbyter licet sint secundi sacerdotes, pōtificatus tamen apicem habent. Hoc autem pontificibus solis deberi, ut vel cognant, vel paraclerum spiritum tradant, non solum in fuetudo Ecclesiastica demonstrat, verùm illa lectio Actuum apostolorum, quæ asserit Petrum & Ioannem esse directos, quos iam baptizatis tradant spiritum sanctum. Nam presbyteris seu extra episcopum seu præsente episcopo cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eo oleo signare, quòd solis debetur episcopis, cum tradant spiritum paraclerum.

Vt presbyteri baptizatos in frontibus chrismate signare non audeant. Cap. LXX.

Ex rege Greg. ad Ianuariū episcop. Caralitanū, c. 200. Ex epist. Gelasii pa. ca. 5.

Presbyteri baptizatos infantes signare in frontibus chrismate nō præsument, sed presbyteri baptizatos signant in pectore, ut episcopi postmodum confirmant in fronte. *De presbyteris qui pro baptismate precia requirent. Cap. LXXI.*

Baptizandis consignandisque fidelibus precia præfigant, nec illationibus quibuslibet impostis extortare cupiant renascentes: quoniam quòd gratis accepimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil à prædictis precia exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione reuocati, redēptionis suæ causas adiret spiciant, certum habentes, quòd qui prohibita deprehensum sint admisisse, vel commissa non potius sua sponte contulerint, periculum subituri proprii sint honoris.

De presbyteris qui veteri chrismate baptizare præsumunt. Cap. LXXII.

Ex cōcil. Lugdun. cap. 3.

Si quis de alio chrismate, quàm de illo nouo quòd proprie episcopi largitione vel concessione accepit, baptizaverit, ipse in atriis Ecclesie non fiat. *Cap. LXXIII.*